

Robertii Guibe Britanni Episcopi trecorensis ad Innocentium. viii. Cont. Maximum legati illustrissimi ac innicissimi Francisci Ducis Britannie oratio in obedientia prostanta.

Logitanti mibi se numero buius loci amplitudinem sacrae angustissimamque maiestatem tuam beatissime Pontificis ab his qui sanctitati tue congratulatum accederent: nisi in mepti existimari velint: elaborata omnia atque perfecta buc in medium afferenda esse videri solet. Nihil enim hoc frequentissimo conuentu nihil tot reverendissimorum cardinalium corona tuaque presentia excellentius aut amplius fieri excogitarive potest. C^{on}movebar itaque cum reverendissimorum Cardinalium hoc ordine celeberrimo et beatitudinis tue conspectu qui humana specie amplior magna in de se cuius ad mirationem atque stuporem concitare posset. Tuz ingenii mei paruitate que nisi parem rebus orationem intueretur inepitus exiliari et ignorantie crimen vir effugere posse videbar. Sed illustrissimi Ducis in apostolicam sedem summa fides perpetuum studium maxima observantia contra me consolatur. Lui ut satisfacrem pro pietate mee existimationis periculum subire malum quam impius et ingratius ab eo indicari. Qui libentius sanctitati tue congratulatum misit quod te dulcissime pacis amatorem cultores conseruatoresque fore usque ad nos in extrema orbis parte constitutos continens omnium rumor et fama percrebuit. Adeo quod te pontificem maximum divinitus creatum esse et celitus fere dimissum quo tanto incendio et tempestate quisbus omnia conflagratura et absumptum iri videbantur occurrentes et bella iam cepta et de facili emersura tuo consilio prudentia atque integritate tua opprimerentur et sedarentur. Libique non tam cura fore imperium tuum augere quam totum christianum populum bello iam diu afflidum in perpetua et exoptata pace continere oes uno ore affirmat: Qua laude que potest esse cumulatio. Que solidior gloria. La

eo prudentiam quam semper in omnibus rebus que a te
 sunt administrare singularem declarasti. Utto magnitudi-
 nem animi tui et fortitudinem sine qua magna geri et admi-
 nistrari non possunt: Que cum de fortitudine dicam eadem
 de modestia et continentia tua sentio. que te quod cōmendatissi-
 mum reddunt. Nam preterea grauitatem in omnibus reb⁹
 custodis ut ab ea dignitate persone quam geris minime ob-
 borrere videatur: Quid munificentiam aut liberalitatem
 peculiarem ac propriam familie tue que antiquitate gene-
 ris ap̄plissima in Januēi vrbe. vetustissima italie ex qua quod
 plurimi pontifices maximi emanarunt. tam multos annos
 floruit laudem: Quis enim te magis in dando amplius fa-
 milia retinenda pro facultate rerum liberalis yncō exigit.
 Nulli unquam qui egeret clausa fuit domus tua. Quis es-
 nim in exigendo beneficio si quando usus venerit magis ve-
 ricundus. Quid facilitatem Quid incredibilem humant-
 tam quam in summos mediocres et infimos semper exhibi-
 būisti et nunc in tam alto dignitatis solio constitutus etiam
 iudicis exhibes hoc loco cōmemorem. Nemo profecto hac
 virtute te excellit quam faciles ad te aditus quam benigni-
 us et liberalis sermo: quanta lenitas vel in appellando ut
 in respondendo quanta et excipiendo et dimittendo comitas
 Que ut difficiliora in suprema aliqua potestate videntur
 eo maiorem latidem tantis principibus affere non dubium
 est. Luceo dexteritatem tuam in agendo. Consilium in ex-
 pediendo. celeritatem in conficiendo facilitatem in opera
 banda ut nequaquam mirum sit si omnes te summis et am-
 plissimis laudibus prosequantur colant et venerentur At-
 tingendam non puto summam religionem tuam: Quis enim
 inter pontifices reperi posset qui venustius qui ap̄tu-
 us qui religiosius ac modestius pro populo sacrificet. Sed
 ad extollendam summis laudibus Justitiam. S. tue cunc-
 tarum virtutum reginam que pontificatum tuum quod maxie
 illustrat Et eum apud omnes gentes et populos clarus de

eorumq; reddit iam mea festinat oratio. Huius virtutis tan-
ta vis est Beatissime pontifex ut non solum cōsenescentes
ciuitates ac iam deficienteſ renuiscere Sed delete et euer-
ſe restituiri ac recreari consueuerint. Nulla enim ciuitas nul-
lum imperium sine ea diu consistere aut durare potest. Hoc
animaduertens. S. tua toto animo et pectore bene et sapien-
ter hanc virtutem amplexa est. Tantam enim pro tuendis
oppresſis defendenda equitate pro tuto itinere viatoribus
reddendo pro administando equabile ius omnibus integre
tus te incorrupteq; omni auaricie labe penitus exclusa curā
studiorum diligentiam adhibuisti. ut iustitie famam quaz cry-
sippus expreſſit totus Christianus populus in te agnouil-
ſe pre ſe ferre non dubitet eam predicet et admiretur. A te
sublenari inopes miseros adiuuari. misereri paupertum per
te valere officium. valere virtutem. Facere gratiam iacere
iniquitatem et Simoniam cunctorum scelerum pestem et la-
bem ex dei ecclēſia funditus eradicari extirpariq;. Dignita-
tes et honores virtutum ac litterarum studiosis et bene me-
rentibus tribui ad quas vrbes regionesq; fama non perua-
ſit. His igitur et aliis virtutibus quibus preditus es ad am-
plissimum fastigium et culmen omnium dignitatum viam
merito tibi patet. Nam esse cui ignotum est. Sapientissime
itaq; iudicanit hic amplissimus Reverendissimorum Lars-
inalium ordo qui talem ac tantum Lardinalem tot virtu-
tibus ornatum Summum pontificem ac totius Christianis
ne rei publice principem patrem et ducez creauit. Summo
totius eorum ordinis consensu et Christiani populi plausu
atq; letitia plurimas alias tuas laudes Beatissime ponti-
fex plurima buius apostolice sedis ornamenta necnon bri-
tānie ac ducis eximias landes hoc in loco cōmēorare poss-
sem nisi scirem. S. T. aduersa valitudine elaborantem iam
diu tedium non esse afficiendam quam ob rem quod reliquū
est officii mei minus prosequar. Bratulatur sanctitati meae
Illustrissim⁹ Dux. Qui ut nō te fugit apostolice sedi quā

rum quius alter semper obseruantissimus fuit et ab aliis cre-
bro summis pontificibus singulari prosecutus benivolentia
Majestati tue omnia sua alacri leto sinceroque animo defert
obedientiam veram et integrum per eum et predecessores sus-
os prestari solitam summa cum veneratione exhibet ac pol-
licitur. Nullum onus quantucunqz maximuz pro tua am-
plitudine tuenda recusat. Quemque in fortunis eius sunt
omnia tibi exposita sunt et Tuam sanctitatem ex corde ac
toto procumbens pedore rogar obtestaturque quatenus ips-
sum ac patriam suam imo tuam digneris perpetuo habere
commendatissimam. Rixi pater beatissime.

YMC
1252